AUGUSTINUS. ETC.
12. Jh. Seite 140r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



catholice primitus fidei seruetur integritas. & quia per omnia
angusta et ardua uia: quae ducit ad uitam. neque in si
nistram neque in dexteram ab eius tramite deuietur: Et
quia euuglica et aplica fides omnes expugnat errores.
& ab uno latere nestorium deicit. ab altero euthicen &
participes eius elidit. hanc regulam memento te seruandam.
ut quicumque in illa synodo quae nomen synodi nec habere
poterit. nec meretur. et in qua maliuolentiam suam dios
chorus impietiam suam iuuenalis ostendit. dolent ut di
lectionis tuae relatione comperimus. se metu uictos et ter
rore superatos ad consensum scelestissimi iudicii potuisse
compelli. et communionem katholicam optinere desiderant.
satisfactioni eorum pax firma prestetur. ita ut non dubiis
professionibus euthicen cum suo dogmate. cumque consortibus
suis anathematis execratione condempnent. Dehis
autem qui in hac causa grauius peccauerunt & ob hoc sibi
locum superiorem infelici synodo uendicarunt. ut humi
liorum fratrum simplicitatem. arrogantiae suae praeiudiciis
aggrauarent. si forte resipiscunt et a facti sui de
fensione cessantes. in condempnationem proprii conuertentur
erroris. horum si talis satisfactio accedit. quae ne refu
tanda uideatur. maturioribus aplicae sedis consiliis re
seruetur. ut examinatis omnibus. atque perpensis. de ipsis
eorum actionibus quid constitui debeat existimetur. nec prius
in ecclesia ubi te dominus uoluit praesidere. cuiusque talium
ut ante iam scripsimus nomen iam ad altare recitetur.
quam quid de his constitui debeat rerum processus ostendat.
De commonitorio uero a clericis dilectionis tuae nobis